

Tom: LXVI. Miscell:

~~G. H.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

17-18. VITEBERG.

SIGNAT. 1515 CCCXIII.

i)

DISPUTATIO THEOLOGICA

De

SEPTEMVER- BIS NOVISSIMIS IN CRUCE, DOMINI AC SERVA- TORIS NOSTRI JESU

CHRISTI:

Quam

Ex a

PRAESIDE

Viro admodum Reverendo, Excellentissimo
Clarissimoque

DN. ISAACO FRÖREYSE-
NIO SS. THEOL. DOCTORE, PROFES-
SORE CELEBERRIMO, ET ECCLESIASTE
Ordinario, Præceptore ac Fautore suo singu-
lari honore suspiciendo,

*SOLENNITER DEFENSIAM IBIT IN
majori mense Aprili.*

M. JOH. CONRADUS DANNHAWER
Poët. Laur. Autov.



ARGENTORATI,

EX CUDEBAT PAULUS LEDERTZ,

Anno M. DC. XXV.



NOBILISSIMIS ET AMPLISSIMA PRV-
dentiâ Spectatissimis
VIRIS

DN. BERNHARDO A KAGENECK &c. PRA-
TORI & CANCELLARIO:

DN. PETRO Storck / CONSULARI:

DN. FRANCISCO RUDOLPHO INGOLD T.,
XIII-VIRO:

Inclytæ Academiæ Argentoratensis Scholarchis
Eminentissimis, Dnn. Mecænatibus & E-
vergetis suis sanctè & devotè venerandis

Hanc Theologicam diæskesiv in gratitudinis
perennantis τεκμήριον

submissè offert

Author & Respondens.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

N

On nis singularis Typus fuit in passionem salutiferam Servatoris nostri Iesu Christi: quod Iehova Mosi tres aras condere pracepit: terream Ex. 20. v. 24. lapideam v. 25. & ligneam Exod. 30. v. 1.

Vt significaretur Messiam & Agnum Dei Ioh. 1. 29. 1. in arâ terreâ, horto putâ oliveti. 2. in lapideâ, palatiis scilicet Caiphæ, Pilati & Herodis. 3. in ligneâ, Cruce nempe, ubi thymiana precum & seipsum obtulit, tragicè passurum esse. Atq; ita typum hunc Eventus ex asseratum fecit. Nos, quia August. effato tract. 119. in Iohan. Lignum morientis, docentis factum est cathedra, Tinnientes nostri summi Pontificis campanulas Exod 28. 34. septem novissima Candidi illius Cygni suam Mortē praecantantis Apophthegmata, ad quarum singularem attentionem ut plerosque natura ducit, ita fomitem nobis subministrant sancta pietatis exempla in Morte Iacobi Genes. 49. Moysis Deut. 31. Iosue c. 24. Davidis 2. sam. 22. & in publicis Ecclesiae cœtibus avidis auribus acceptare, & in Academiâ piâ consideratione & accuratiore ēpœvn meditari oportet. Evolvamus igitur, ex septem his verbis cum Eremitâ librum illum trifolialem, cuius 1. folium rubrum ut Christi intueamur sanguinem. 2. album, ut spem futurae claritatis prægustumus. 3. Nigrum, ut fugiamus infernales pœnas. Hauriamus inde tanquam ex salutis fonte Consolationem firmissimam contra Sathanæ in Paradiso concionantis imposturas, quibus, heu! quam horribili lapsu ex homine Dei ἀγαλματοφόρῳ καὶ πάπιστῃ κατηγορίᾳ μένω ut loquitur Damasc. fecit abjectissimum σκωληκόβρεωτον. Eruamus è Testamento hoc Christi, tanquam ex salutifero animarum

A 2 nosirarum

nostrarum Myrothecio εὐτανάστας formam, charitatis incenda-
mūr flammā, ex passionis violentiā peccatorum nostrorum
colligamus atrocitatē, & Cruciferum nostrum discamus in
omnibus tentationibus imitari. Deus ille noster ἀγωνότερος
2. Tim. 4. 7. In nomine Crucifixi sui filij qualemcumque hanc
Theologicam considerationem vegetet, ducat & in sui glori-
am, cui univeliificari debemus, reducat clementissime.

VERBUM I.

Πάτερ, ἄφες ἀντοῖς; εἰ γὰρ οἴδασι τί ποιεῖσθαι

Luc. 23. 34.

UT manus Moysis allevabantur & sustinebātur ab Aarone, ad victoriam contra Amalecitas obtinendam Exod. 17. v. II. Sic Christus expansis lacertis pro victoriā nobis obtinendā contra hostiles Diaboli insultus oratione patrem sollicitat: Ille scilicet Christus, ille Dominus gloriae 1. Cor. 2. 8. Author vitae Act. 20. 14. Filius Dei Gal. 2. 20. Ipse Deus Act. 20. v. 28. qui passus est secundum humanam naturam αὐτοῖς & subjectivè, secundum Divinam ve-
rō ὑποσατικῶς, ιδιωτικῶς sive καὶ οἰκεῖως: non φύματικῶς, non σχετικῶς, non ἀλλοιωτικῶς, non συνεδροχικῶς, ut τερετίσματα Calviniana effugiamus. Atque hac *intrepida* ostendit se non mutum esse sacerdotem Malac. 2. 7. sed pendentem inter cœlum & terram, esse Mediatorem, non solum *redemptionis* sed etiam *intercessionis* Rom. 8. 34. 1. Joh. 2. 1. At *Quem orat?* Πάτερ, ait, ut 1. significaret verum Orationis objectum 2. sine ipso nemini patere aditum ad Patrem. 3. Confiteretur coram omnibus constanter se esse Dei filium, rumpantur ut Ilia Judæis, qui ea propter ipsi erant infensissimi Joh. 5. 18. Joh. 10. 25. 4. Ut quamvis hæc Conflilio Dei fieri novisset Act. 2. 23. & c. 4. 28. quamvis in αὐτῷ passionum constitutus, clavis ferreis per manus & pedes partes nervosissimas adactus fuisset, filiale tamen fiduciam se non deponere δεξαλμοφα-
-ρεσῶς demonstraret. Sit igitur hæc Patris compellatio nobis 1. pro-
pugnaculum contra Pontificiam Idololatriam. 2. Incitamentum
ad precum continuam atque fiduciale reiterationem. 3. ab
hypo-

hypocriticā nostræ confessionis occultatione abhortatio 4. Documentum tempore crucis, ne, cum nobis videbitur Deus conversus in crudelem Job. 31. 21. murmuremus contra ipsū cum Jeremiā cap. 20. 14. male imprecemur cum Elisæo 2. Reg. 2. 24. proximo culpam ascribamus cum senioribus Israëlis Exod. 5. 21. prolixè conqueramur cum Jobo c. 3. sed ut precando insistamus, nec de Paterna Dei clementiâ desperemus, insistentes vestigia Christi, *hic enim orat ut doceret orare: Et si misericordia ipsa orat, inquit August.* cur non *orat miseria?* Nec est, de exauditione quod dubitemus, est enim precatio Echo, si in cœlum clamas, Pater adjuva: adjuvabo, ait, cœlo resonante, Deus. *Quid vero orat?* Non maledictionem, ut Noah Genes. 9. 25. non Ursos ut Elisæus 2. Reg. 2. non Judiciū Dei, ut David 1. Sam 24. 13. sed *Apostol remissionem peccatorum*, ita enim verbum αφίμου usurpatum legimus Matth. 6. 12. & 9. 2. & 12. 31. & 18. 27. *Pro quibus orat?* Πάτερ, ait, ἀφες ἀντοῖς, non τέτοις quasi tantum Lictores intelligeret proximè crucifigentes, sed omnes comprehendit, qui Christum ἀναστησούσι Hebr. 6. 6. adeoq; omnes peccatores, qui αφορμητικῶς aut προκαταρκτικῶς ad sui crucifixionem Iuvavunt. Confer Esa. 53. 12. Idq; fecit, ut 1. μακροθυμίαν erga suos sanguisugas & charitatem in omnes peccatores in apricum produceret: Ipsi adversabantur mihi, clamat Psal. 109. 4. Ego autem orabam. Hinc sanguis Christi loquitur meliora quam sanguis Abel Hebr. 12. 24. 2. Ut relinquenter ὑπογραμμὸν fidelibus 1. Petr. 2. 21. atque sic demonstraret

*Pulchrius esse bonis inimicos vincere, quam si
Sanguineā statuas alta trophyā manu.*

Nec sine fruge exemplum reliquit. Imitatus est ipsum in simili mansuetudine Protomartyr Act. 7. 66. Paulus Rom. 9. 3. Jacobus Christi frater, qui è pinnâ templi præcipitatus, confractis cruribus adhuc semivivus orasse fertur. Deus Ignosce illis, nesciunt quid faciant. *Cur orat? εἰ γὰρ οἴδασι, τι ποιεῖσι.* Ignorantiam prætendit, quæ excusabilis Lev. 4. 13. non in totum sed in tantum, ut constat ex Joh. 15. 22: Excusat scilicet plebis Ignorantiam diminuentem: Nesciunt, inquit, id est, non considerant peccati sui gravitatem: excusat etiam Ignorantiam aggravantem seniorum & sacerdotum Act. 3. 17. 1. Cor. 2. 8. quatenus adhuc est remissibilis in oppositione peccati in sp. S. Unde & fructus hujus Inter-

A 3 confessionis



cessionis se exseruit in nonnullorum conversione Matth. 27. 54.
Act. 2. 41. Act. 4. 4. Act. 6. 7.

QUÆSTIO I.

*An quocunq; modo liceat simulare
religionem?*

Ita è Pontificiis statuit *Adrianus* in 4. sent. q. 1. de Baptism. in respons. ad 5. Argumentum, & hodie nonnulli personati Politici, qui in peregrinationibus suis in Italiā, Hispaniam &c. externo gestu, procumbunt corām Imaginibus & alia Pontificatus deliria imitantur. Atq; hic error tām altē radices in animis hominū egit, ut sibi non amplius religioni ducant, hāc labeculā suam conscientiam conspurcare. Aliud verò edocet 1. Exemplum Ch̄isti, qui cum propter confessionem suam jam erat cruci affixus, nihilominus Patrem cœlestem compellat, confer exemplum triū puerorum Dan. 3. 2. Interdictio Apostolica de non vescendis Idolothytis 1. Cor. 10. 20. & seq. 2. Cor. 6. 14. Ephes. 5. 11. Ut enim totum hominem & omnia illius membra sibi vult servare Sp. S. Ita hanc interioris cogitationis & gestuum externalorum δυσφωνίας extremè averfatur 3. dissuadet mendacii turpitudo de quā Hom.

ἐχθρὸς γὰρ μοι νεῖν Θ., ὅμως αἴδει πύλην,
ὅσχ' ἐτερόν μὲν καύδει τῆν φρεσίν, ἀλλὰ δὲ βάζει.

4. Abnegationis damnum secuturum. Matth. 10. 33. 5. Scandali certudo, eam enim ob causam à confessione suā ne latum unguem discedere voluit Eleazar 2. Macc. 6.

QUÆSTIO II.

*An Christus serio omnium hominum salutem
desideret?*

Officium Christi mediatorium ad paucos ut restringant Calviniani, non ultimum robur querunt in hoc Argumento: Pro quibus Christus non oravit, pro iis non satisfecit, quod certum esse asserunt, ex officii ipsius Sacerdotalis natura, in quo orare & pro populo sacrificare sunt conjuncta: Atqui pro Mundo sive infidelibus non oravit Joh. 17. 9. E. pro infidelibus non satisfecit. At introspicient illi primum hoc nostri servatoris Apophthegma, pudore illi cō

illicò suffudentur. An Ludus fuit scenicus saltem, cum Christus
hīc pro suis crucifixoribus orat: An διλατή ille, qui aliud arca-
no beneplacito reconditum habeat, aliud externo signo manifestet?
An Crocodilinæ sunt illius lacrymæ hīc loci, siquidem μετὰ κραυ-
γῆς οὐχὶ διλατή se patri obtulit Heb. 5. 7. Discant illi distin-
guere inter Christum Pastorem & Sacerdotem, inter officium Prophe-
ticū & Sacerdotale, tunc S. Scripturæ facile constabit veritas, & Chri-
sti universalem iλασμὸν agnoscent nisi extremè pertinaces.

QUÆSTIO III.

*An remissio peccatorum & satisfactio se
mutuo tollant?*

Affirmativam tuentur è Photinianis Socinus part. I. de Chri-
sto serv. I. I. & Oftorodus in Instit. Germ. c. 36. Remissio facta est de-
biti, clamant, E. non opus satisfactione. At funiculi sunt ex arenâ
compacti. Neq; enim redemptio facta est absq; ullo precio interpo-
sito, si maximè non nostro merito: describitur enim illa per απολύ-
τρωσιν & iλασμόν Rom. 3. 24. per τὸ ἀγόραζεν 2. Pet. 2. 1. Christus tam-
quam mediator non verbo tenus Patrem placavit, sed sanguine &
morte interpositis Heb. 9. 13. & seq. Ubi aureum hunc Aphorismū
pronunciat Apostolus, χωρὶς διματικυτίας εγίνεται ἀφεσις v. 22. βδ-
λύγματα & detorsiones Photinianas forsan in ipsa διασκέψει con-
siderabimus.

QUÆSTIO IV.

*An Justæ defensiones Injuriarum, bella, Imprecatio-
nes Christianos sint licitæ?*

Negant *Anabaptistæ*: Afferunt *Orthodoxi*. Neq; enim tantum
dilectione effervescendum est, ut Jus naturæ vim vi repellendi vio-
letur. Pro defensione licitâ militant omnia illa Argumenta, quæ
Magistratus necessitatem atq; dignitatem probat. 2. Bella concessa
afferimus, si fiant justâ causâ, necessitate exigente, intentione de-
fensivâ non offensivâ, Luth. Tom. 3. Ien. germ. f. 315. 3. Imprecationes
suis limitibus coarctatae Christianæ charitati nihil repugnant, si à
publicâ potius qnām privata fiant personâ: conferatur Ira in vitia,
pro personâ sanabili preces interponantur: castigatio temporalis
petatur, salus æterna promoveatur fine Davidico Ps. 83. 17.

VER-

VERBUM II.

Τύραι, οὐδὲ ὁ θεός τοις: (Καὶ τῷ μαθητῇ) οὐδὲ οὐ μάντυσος.

Joh. 19. 26. & 27.

Exodi 25. 22. Præcipit Jehova fabricari duos Cherubim super propiciatorio respicientes se mutuò versis vultibus: Non abs re quispiam dixerit, Typum hunc fuisse in Mariam & Johannem ad crucem Christi stantes & verum *ἰλασήγορ* in arà crucis junctim intuentes, accedentes ad videndum rubum ardente (flammis iræ divinæ) nec tamen combustum exemplo Moysis Exod. 3. 3. Cum enim viri effæminato animo Christum deseruissent, Ingenium hirundinum imitantes, qui hyemali tempore fugiunt: Ecce imbelles mulieres aliquot astant *παρὰ τῷ σαυπόδι*. Alii Evangelistæ habent *ἀπὸ μακρόθεν* (sine contradictione) Ubi singulariter notandum, quod Maria, cuius animum jam gladius perforavit, de quo vaticinatus est Simeon Luc. 2. 35. nihilominus *ste:isse* legitur, secus quam Uxor Phinees, quæ simulac audiit arcam Domini à Philisteis captam, dolore expiravit i. Sam. 4. 19. Unde scitè Damasc. ait l. 4. de fid. orth. c. 12. Crux Christi est *τῶν καιμένων ἀνάστασις, τῶν ἐσώτων σίφηγμα, ἐπιστρεφόντων χειραγωγία*. Quia verò tanto quisquis est Deo charior, quò cruci propinquior Heb. 12. 6. ita exigente *divinā iustitiā* Ierem. 30. 11. *Misericordiā* Hebr. 12. 6. *Amicitiā* Joh. 16. 20. *Convenientiā* Rom. 8. 29. *Sapientiā* Psal. 42. v. 6. *Omnipotentiā* 2. Cor. 12. 9. Hinc Testamentum domesticum Matri mœstissimæ adornaturus, & novissima illi verba locuturus, cum jam omnibus membris esset mutilatus, oculis tamen adhuc Matrem intueri gestit. Id inquit, cum dolorem nullum senseris in meo ingressu, qui irrupto virginitatis claustro natus sum: Ecce nūc demùm in egresu quod cordolum sentis? Cæterùm, id est i. Sp. S. asteriscus Joh. 9. 29. Marc. 13. I. nota *promtitudinis* Hebr. 10. 5. nota *certitudinis* Gen. 1. 29. nota præsentis exhibitionis Exod. 32. 9. nota *expletionis* Ex. 31. 6. Hic quarta potissimum significatio locum habet. Quin & linguam adhuc illæsam resolvit *Mulier*, ait, I. ne Matrem nominando ejus dolorem faceret grandiore, hinc Mantuan.

Talibus admonuit Matrem sine nomine Matris,
Ne Materna pium cruciarent viscera nomen.

2. Ult

2. Ut eam admoneret de semine Mulieris contrituro caput serpen-
tis, cuius jam calcaneus petitur: hinc Ambros. ait, *nomen hoc non
esse corruptum sed sexus*. 3. Ut ostenderet in opere Mediatorio Ma-
tri nullam potestatem vel ἐπιβαλλον μέσον competere, quemadmo-
dum ob similem causam eam Mulierem appellat Joh. 2. 4. Com-
mendat autem Johanni Matrem, quem metaphoricè ejus vocat fi-
lium, & vicissim Johannem Mariæ, (fuisse enim hunc Discipulum
Johannem constat ex Joh. 13. 23. & 20. 2. & 21. 7. quamvis ipse mo-
destiæ causâ nomen suppresserit;) Ubi tamen illorum curam occul-
tam non abiicit; Manet enim ipse Orphanorum Pater Psal. 10. 14.
& viduarum vindex Psal. 68. 6. Mal. 3. 5. sed externâ saltim & im-
mediatâ curâ se ab illis avertit. Johanni Matrem commendat, quia
& ejus erat consanguineus, & ipse Christum singulariter præ reli-
quis discipulis diligebat. En fructum dilectionis Christi! Quia ve-
rò nos omnes sumus mutuò fratres effato Christi Matth. c. 12. 49.
Tantò Impensis viduarum & Orphanorum curam habendam
commonefieri exemplo Johannis debemus, confer Mandatum
Exod. 22. 23. Esa. 1. 17. Zach. 7. 10. Ut enim ille Mariam suscepit
eis ιδία, Ita ob viduarum tutelam nos Deus recipiet ιδία αἰδία. Ad-
monemur deinde ad ἀντιπελεγίαν & gratitudinem ergà Parentes,
quorum saluti prospicere filiorum quam maximè interest.

QUÆSTIO I.

*An Affectus quæ tales omnes sint
vitiosi?*

E Stoâ Philosophum si quæsieris, ille virum bonum ex ἀνθρώπῳ παθῶν definiet. At Physicè illi si sumantur, quæ sunt
naturales, vitiosos eosdem esse negamus ἀποτόμως, à quibus vir bo-
nus abhorrente nemo debet, moniti exemplo Pontificis nostris στοιχίοις,
ἀκάνθαι, ἀμιάνται, κεχωρισμέναις ἀπὸ τῶν ἀμαρτωλῶν Hebr. 7. 26. qui adeò
non caruit affectibus, ut suam σοφyην & naturalem affectum ergà
Matrem διαρρήσην conspicuum fecerit. Propterea illos Arist. in-
ter bona ἀδέτησα recenset, atq; ad res præclarè gerendas ὁρμητήρια
esse monet. Quod si verò in foro Theologico ad lydium S. Scri-
pturæ domestici nostri principii lapidem examinentur, tūm cum
Paulo Rom. 1. 29. & seqq. affectus nostros peccati originalis labe

B

altè

altè pollutos, non per $\alpha\nu\xi\eta\sigma\tau$ propriæ naturæ, sed per diversi generis æquivocam appositionem, ut exercit. 299. s. 2. subtiliter loquuntur Scaliger, depræhendemus.

QUÆSTIO II.

*An ad opus Mediatorium quid contulerit
de Mariano Maria?*

Ed Impudentiæ pervenerunt Tiberini vñjovis Alumni, ut merito Christi detrahentes adjutricem in opus redemtionis asciscant B. Mariam. Ita enim legitur in *Mariali Argentinae per Martinum Simmum, Anno 1493. l. 1. c. 5* In Antiphonâ ita illam adorant, Hęc est Mulier virtutis, quæ contrivit caput serpentis. Natus hic error est ex lingua Hebrææ Ignorantiâ, eaq; κατὰ διάδεστη modernorum Jesuitarum, qui vel defensitare Grammaticā ut Bellarm. l. 2. de verbo Dei c. 12. vel in alienum sensum abripere conantur ut Greg. de Valent. in anal. fid. Catech. p. 8. Unde quod Maria h̄ic steterit sub cruce Salmeron & Oforius id sibi invenisse persuadent, quod pueri in fabâ, esse scilicet Mariam συνεργήτινη redemtionis, Verūm enimverò prædunculos hos suæ gloriæ vel solo Mulieris nomine Christus h̄ic profligat: *Mulierem* illam vocat, ut φιλὸν ἀνθρώπων tanto operi inæqualem: adeoq; Deum ipsum qui εἰστέτο ἐφανερώδη 1. Joh. 3. 8. confer. Esa. 53. 4. Ose. 1. 7. Act. 20. 28. Rom. 5. 10. 1. Joh. 1. 7. requiri ostenderet, Et se μορφῶτας mediatorem Esa. 63. 3. 1. Tim. 2. 5. demonstraret.

QUÆSTIO III.

*An multitudo, splendor externus, & felicitas externa,
sint veræ Ecclesiæ notæ?*

Inter alia γνωρίσμata veræ Ecclesiæ h̄ec non postrema apud Pontificios invenias: At, si, ut ex ipsis multi statuunt, Maria stans sub cruce sit typus Ecclesiæ, En ut in favillas eant notæ Pontificiæ: Nam verā fuisse Ecclesiam piarum Muliercularum & Iohannis stantis sub cruce, nemo sanus dubitat: Sed quæ h̄ic amplitudo? quis splendor? quæ externa felicitas? Annon Ecclesia Dei est gressus illus Luc. 12. 32. Cætus verò Antichristi amplius Apoc. 13. 8. & 17. 11? Annon Ecclesia est columba in rupibus habitans? Cant. 2. 14.

I nunc

I nunc, Bellarmine, ad crucem, mox notis tuis explosis recedes.

VERBUM III.

Αμὴν λέγω σοι, σύμερον μέρ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ
Luc. 23. 43.

Quis & quātus sit fructus salutiferæ Christi passionis, *hoc verbo* Christus ipse quām maximè testatum fecit. In illâ enim auream salutis viam, veræ & perfectæ pœnitentiæ normam, & Justificationis nostræ modum ad amissim declarat. Eccum enim tibi I. Latronem peccatorem, bestiam illam Agri, de quā vaticinatur Esa. 43. 20. 2. Mox conversum: non liberi arbitrii viribus: erat enim scelestissimus grassator, *non etiam absoluto decreto*. Sed notamus I. *Contritionem*, ubi peccati Agnitus & timor Dei occurunt: illa, quando dicit, nos digna fecimus, nihil verò iste male: Hic, quādo ad socium inquit, neq; times tu Deum? 2. *fidem*, quæ excitata fuit, non ex solis deliquio, ut nonnullis placet, hoc enim ejus conversionem demum sequebatur, sed I. ex famâ doctrinæ & miraculorum crucifixi Christi. 2. ex auditâ concione ad Mulieres. 3. ex auditis precibus pro crucifixoribus & aliis mediis, quæ recenset D. D. Gerhard. in Harm. Evang. c. 15. Propterea in hæc verba Latro erumpit, *Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum*, Kūgias, ait, Nominat Christum Dominum, non iudicat ut Genes. 23. v. 6. non πολιτικῶς, sed ἐξοχικῶς & μονοτρόπως, quo Dominis ita politicè dictis opponitur Ephes. cap. 6. vers. 9. Et ισόρροπος est Hebreo Iehova, qui παυτοκράτως existit. Syrus Paraphrastes, hic legit יְהוָה Domine mi, quæ est vox fidei. Verum hîc illud August. I. I. de anim. & ejus Orig. Tunc fides Latronis floruit, cum discipulorum marcuit. Fides autem hæc illicè per bona opera fuit efficax I. enim conspicitur *Charitas*, in admonendo socio, quod monumentum est γλυκίπικρος, ut abstineret à convitiis. (Matthæus quidem & Marcus in plurali, contumelias has videntur attribuere utrique. Sed potius dicendum occurrere illic Enallagen numeri, vel Augustini Judicio statuendum, Evangelistas, non tam personam, quām conditio nem & qualitatem Latronum significare voluisse) &

B 2

ad



ad pœnitentiam rediret 2. *Effulget humilitas*, petit enim tantum
sui memoriam: Domine memento mei, Exemplo Pincernæ Gen.
c. 40. 14. Magnâ quidem fide petit, sed non magna. 3. Conspicua
fit *patientia*, non enim murmurat contra Magistratum, sed se justè
puniri confitetur. Quēadmodū autē Sem & Japheth benedicūtur,
quod Patrem denudatum operuerint: sic & Latroni nudati Christi
causam agenti benedicuntur, juxta promissionem 1. Sam. 2. 30. Hinc
reclinato Capite fulgure suæ gratiæ pœnitentem irradiat, & in hęc
verba erumpit: Amen dico tibi, hodie tecum eris in Paradiso.
Quod verba, tot pondera! *Amen*. Hoc in græcā V.T. versione red-
ditur per verbum *γέροιτο* vel *ἀληθῶς*, Jurat autem Christus non ob
promissionis incertitudinem, sed quia 1. id, quod promittebatur,
magnum erat 2. *Cui* promittebat, Indignus erat. 3. Isti, qui ade-
rant, irrifores erant, Increduli Judæi, Crudeles Ethnici: nisi enim
præjectæ impietatis fuissent, facile colligere potuissent, hominem
in limine mortis, non frustra Juraturum. *Dico* ego scilicet sum-
mrus *Orator* & λόγος *Patris* εστιών ipsa veritas. *Hodie* non excluso
crastino aut sequenti die, nam Electi cum Domino sunt *semper*
1. Thess. 4. 17. Cave toti huic dicto Emphasim eripias, dividendo τὸ
hodie à verbis promissionis, & copulando cum verbis promitten-
tis. *Mecum eris id est αὐταρχία* cœlestis beatitudinis satiaberis:
mecum non in Throno immensæ Majestatis, sed æternæ felicitatis
Joh. 14. 2. non in Infinito, qui Unus: sed finito, qui multus Apoc.
4. 4. non in Increato sed in βατιλῆμα ἡτοιμασμένῳ quod contra novel-
los subtiliores Calvinianos observamus. Ineptissimè hīc Sophisti-
catur Keckerm. in syst. log. l. i. c. 22. Can. 4. quando ita Argumen-
tatur: *Quemadmodum* non sequitur, Christus ad totum Latro-
nem in cruce dixit, hodie tecum eris in Paradiso. E. Latro suo
corpore quoq; in cœlum assumptus est: Ita non sequitur, Christus
est ubique Ergo etiam humana natura. Ludit Sophista Elencho
μὴ παρατεῖτο. *In Paradiso*. Suidas derivat ἀπὸ τῆς δεύτερας ab irrigati-
one: rectius tamen Julius Pollux statuit esse vocem persicam, ortā
ex Hebræo בָּרֶשׁתְּ quod significat hortum fructiferū, cuius men-
tio fit Nehem. 2. 8. Eccles. 2. 5. Cant. 4. 13. Hoc loco per Paradi-
sum non intelligit vel pensilem illum in aëre, quem nonnulli com-
miniscuntur: non paradisum illum terrestrem, in quo habitarunt

paradisi pœnitentia membra mortalia

proto-

protoplastæ, sed cœlum illud *νοντὸν* sive πένετον beatorum, de quo Paulus 2. Cor. 12. 5. Apoc. 2. 7. Idque probamus 1. ex textus οὐρανοί. Talem enim promisit Christus paradisum, qualem Latro petiit. Sed Latro, ut infra patebit, petiit, *Regnum cœlestē*. Ergo : alioquin non accommodata erit πρότασις καὶ ἀπόδοσις. 2. ex Inproportione inter terrestrem paradisum & animas beatas, quæ terrestris horti delectatione non capiuntur. 3. ex *Paradisi terrestris negatione*, quia per *Cataclysmum* jam dudum fuit vastatus. 4. ex oppositione, quemadmodum enim *Gehenna* propriè significat locum illum fœtidissimum & abominabilem, in quo cultores Moloch liberos suos immolauit Jerem. 7. 31. 2. Reg. 23. 10. Et tamen applicatur ad infernum Matth. 5. 22. Ita ex opposito *Paradisus* metaphorice accipitur pro Regno cœlesti. 5. ex scriptura more, quæ συγκαταβάλλων non raro loquitur, nam ἀρχέων δοῦλον ἀρχωπίρων λέγεται Procop. hinc cœleste gaudium *Paradisus* nominabitur, ob similitudinem non loci sed qualitatum. Ut enim 1. juxta Megalandrum nostrum c. 2. in Genes. *Paradisus* significat conditionem in quâ Adam fuit in *Paradiso*, plenus pace securitate & omnibus donis, quæ sunt, ubi non est peccatum : ita promittit Latroni *paradisum*, id est, locum, in quò liber sit à peccato & securus à Morte 2. Ut ibi succrexit arbor scientiæ, ita & nos insigne augmentum capiemus in scientiâ 1. Cor. 3. 9. Ut ibi erat arbor vitæ, ita in cœlesti gaudio erit Christus ξύλον τῆς ζωῆς Apoc. 2. 7. Ut ibi erat fluvius, qui irrigabat hortum. En tibi & illîc fontem Apoc. 21. 6. Hauriamus ex hoc dicto consolationis succum. Quos enim Cherubin flammeo & veratili gladio prohibuit Genes. 3. 24. hos in *Paradisum* Christus rurus ascivit, quò pertinet typus Genes. 28. 12. vaticinium Joh. 12. 32. Gustemus hinc Misericordiam Dei, qui plus Latroni donat, quam ipse petierat : Discamus Pœnitentiam nullam seram, si modò sit vera, ubi tamen longè absit securitas. Ut enim Latro eâ ipsâ horâ, quâ vocatus est, egit pœnitentiam, ita & nos illam non differamus : si enim mille perirent pomo venenato, Uno superstite, tune comedes?

Q U A E S T I O . I.

*An Christi Divinitas ex verbo hoc tertio
probari possit?*

Evidentissimè 1. quia ipsi tribuitur opus merè divinum,

B 3

nempe

mempe redemptio, à peccatis absolutio ~~autem patologiam~~, promissio certa cœli, quæ omnia Deo soli sunt oīnēa Esa. 43. 11. Ose. 13. 9. At ἐν οὐρανοῖς πόστες δίκαιουa juxta Damasc. 2. ex appellatione Domini, & quidem ejus Domini, cuius Regnum est cœlestē, non mundanum, tale enim in contemptissimo & abjectissimo hoc statu ne quidem suspicari potuisset. Dic, ô Latro, inquit August. ubi Thronus ex sapphiro? Vbi Cherubin & exercitus Cœli? Vbi Corona, sceptrum & purpura, ut eum dicas Regem? videsne coronam aliam quam spineam? sceptrum aliud, quam clavos? aliam purpuram, quam sanguinem? aliū thronum, quam crucem? alios Ministros quam Carnifices? Quid ergo Regium vides? Nihili itaq; habendum spurium illud & αὐτοποιόν Φοτινianorum κόπτην, vocem Κυρία cum articulo affixo characterem Christi esse: Ecce enim hoc nomen hīc Christo attribui absq; articuli connotatione, confer Matth. 7. 21. & 8. 25.

QUÆSTIO II.

An Christus in statu exinanitionis evacuārit suæ Majestatis ὀλικὴν Χρῆσιν?

Photinianis in ore & calamo crebrè est, Christum fuisse ~~merum~~ servum, in statu ~~merōτεως~~: At contrarium docet scriptura, quæ ut ipsum verum servum confitetur, ita merum servum fuisse negat: Idque patet à priori ex Unione personali in Christo, quæ operationū Christi fundamentum est etsi non adæquatum, tamen primum & radicale: beneficio hujus Unionis ~~κατιστάσ~~, quando vel gloria Dei vel officii ratio exegit, non ~~ἀδιαλείπτως~~ & Physicâ necessitate Majestatis suæ radios exseruit: hinc ~~αἱμαρρόστα~~ Mulier virtutem elicuit ex fimbriâ Christi, quod tamen aliis eandem fimbriam tangentibus Luc. 8. non contigit. 2. à postero i, sententia nostra comprobatur ex particulari suæ potentia ~~διαματέργικης~~, & reliquarum exercitio. Luculentum habemus rei hujus hīc fundamentum. Et si enim in profundissimo exinanitionis statu cruci affixus pēdebat, nihilominus gloriam suam in conversione Latronis ~~ἐνεργήτην~~ exercitam conspicuam fecit: ostendit, se in mediâ cruce habere potestatem promittendi vitam æternam, cœlum aperiendi, & Infernum claudendi Apoc. 1. 18.

Quæstio

QUÆSTIO III.

*Latronis conversi Mors an fuerit martyris, vel luctus,
vel tristitia vel doximasia?*

Sunt, quos Latronem conversum *Martyribus* associare non pudet, ut Jes. in Colloq. Ratisbon. sess. I. p. 46. At, cum Martyrii honor deferatur non nisi innocentibus confer. I. Pet. 3. 15. meritò hunc errorem explodimus: sunt, ex iisdem pontificiis, qui hanc mortem Latronis peccatorum suorum *άντιλυτρον* fuisse effutiunt. o horrendam blasphemiam in sanctissimum Christi meritum! Cæterum ut paucis nos extricemus, distinguimus inter pœnæ materiae, quod erat dolor ille & mors, quæ rationem *τιμωσίας* habet, neq; enim sublato per remissionem peccato, pœnæ quoq; temporales necessariò tolluntur: Et formale quod est respectus ad iram divinam, atque ita, cum per remissionem Christi Latro redierit in gratiam, mox jucundâ Catastrophe *τιμωσία* mutata est in *δοξιμασία*.

QUÆSTIO IV.

*An concedenda sit quorundam Patrum
ψυχωταννυχία?*

Justinus in resp. ad quæst. orth. q. 75. &c. asserit, Paradisum terrenum adhuc extare & permansurum usq; ad extremum judicium, in quo versetur Henoch, Elias & illuc ductum esse Latronem, in eundem deduci omnes animas Justorū non admittendas ad beatificam Dei visionem ante diem Judicii. Consentient Iren. I. 5. ad. vers. hæref. Tertull. I. de animâ. Euthymius in Comment. Luc. 23. Chrysost. illud πώς ψυχωδοχῖον vocat τὸ τῶν ἱερῶν πρόθυρον. Quem errorem fortasse ex Platone suserunt, qui ejusmodi sibi campos Elysios confinxit. At somnia isthac temporis significatio Latroni facta planè evertit: *Hodie (ἀπ' ἀρτι καὶ ἀνεμοδίσως) μεcum eris in Paradise inquit Servator*, confer. Deut. 33. 3. Sap. 3. 1. Luc. 16. 22. Phil. 1. v. 23. Apoc. 7. 15. Quæ igitur cogit necessitas comminisci animas à corpore solutas somno quodam sopitas in certo loco usq; ad diem pantocriticum reservari? Alia pluscula mitto, quæ ad hujus *ψυχωταννυχίας* abolitionem facerent.

Quæstio

QUÆSTIO V.

An anima hominis sit immortalis?

Ita constanter credimus contra Epicuri de grege porcos, quorum cogitationes μιμητικῶς καὶ προσωποποιῶς exprimit scriptura, Esa. 22, 13. Sap. 2. 1. Cor. 15, 32. Sadducæos Ethnicos, quorum familiam dicit Lucretius & omnes alios Tnetopsychitas. Nam bestiale illam ψυχοφαρσίαν diluit certa Christi promissio, hodie mecum eris in Paradiso, sed non corpore, quod affixum cruci manebit. Ergo animâ confer Matth. 10, 28. deinde corporis & animæ in mortalitate ἀντίδεσμος Eccles. 12, 7. tūm creationis diversitas, quâ corpori πλάστις, animæ ἐμπνευστις tribuitur Genes. 2. Porrò spiritus appellatio Act. 7, vers. 59. Hebr. 12, 23. Deniq; ratiocinatio omni exceptione major Matth. cap. 22, vers. 32. à λόγῳ λογικωτάτῳ pronunciata, quicquid hic aliqui in formâ culpent:

Deus est Deus vivorum & non mortuorum,

Deus est Dens Abraham Isaac & Iacob. E.

Abraham, Isaac & Iacob vivunt & non sunt mortui. Vivunt, non corpore, Ergo animâ.

Quin & animæ ἀνωλεθρίαν confirmat sana ratio, ex illius à corpore independentiâ & divinâ providentiâ atque Justitiâ, de quâ Nazianz.

*Grave aliter esset rebus hīc duris premi,
Nisi summus olim verteret talos Deus.*

QUÆSTIO VI.

An detur purgatorium Papisticum?

Inter alia monstra superstitionum πανσπεφύας conductitum Aulæ Romanæ Mancipium felici tot seculis dolo Ignem purgatorium finxit, ut corda solatio, Crumenas pecuniâ privaret. At qualiscūq; ille Ignis est, illū Christi hoc tertium Apophthegma instar immensi fluvii prorsus extinguit, præterquam quod sit ἀγέρας & ἀγτίγερας, ut demonstrat D. D. Gerhard. in L. Theol. de morte, sic enim concludo :

Q. hodie cum Christo erit in Paradiso, ille non torquebitur per aliquod tempus in purgatorio.

Sed

Sed Latro facinorosus &c. Ergò.

Majorem confirmat ipse Becanus cuius verba sunt in hunc locum:
*Non differam illud beneficium, quod à me petis, in futurū tempus,
sed jam tibi omnia peccata condono, & promitto, quod hoc ipso die*
futurus sis tecum in statu beatitudinis. Nihil moramur hīc fra-
trum Cadmeam pugnam. At aggerit, privilegium paucorum non
facere regulam. En tibi similiter Paulum exemplo Abrahæ justifi-
cationem ex fide demonstrantem Rom. 3. Rectè Orig. homil. 15.
in Gen. sentit, *Quod dixit ad Latronem, hodie tecum eris in Paradiso,*
hoc non illi solum dictum, sed & omnibus sanctis.

Q U A E S T I O VII.

*An baptismus sit ad salutem absolute
necessarius?*

De Infantibus qui sine baptismo decedunt, ardua est contro-
versia, Bellarm. l. 2. de purg. c. 6. nescio in quem limbum illos a-
mandat, ubi pœnam damni non sensus luant. Calviniani nonnulli
dubiè & probabiliter tantùm de illorum salute sperant. At nos
regiam viam amplectentes, dicimus, non velle Christum ullum de-
pusillis perire Matth. 18. 14. Ad eoq; baptismum esse necessarium
quoad nos, non quoad Deum, qui ad hæc media non est alligatus:
esse necessarium excluso supremo necessitatis casu, ubi juxta regu-
lam August. *non privatio, sed contentus sacramenti damnat.* Manife-
stum habemus exemplum in Latronis conversione factâ absque
baptismo: Nam quod, ut Aug. arbitratur l. 1. de anim. & ejus Orig.
fuerit baptizatus aquâ quæ ex Christi latere fluxit, illud ut incer-
tum, præsertim ob negationem causæ Ministerialis baptismi, non
recipimus. Similiter ipsum salvatum baptismo sanguinis: quod
nuper statuit Gretz. in Colloq. Ratisbon. repudiamus, ipso Bellar.
contradicente l. 1. de sacr. bapt. c. 6. Ut enim venit Latro ad cru-
cem alieno sanguine pollitus, ita alieno sanguine mundatus est,
nemo quippe potest suo sanguine justificari Act. 4. 12. Tantùm ve-
ro abest ut baptismum cum Trelocatio non simpliciter ad invisibi-
lem, sed secundum quid ad visibilem insitionem in corpus Christi
mythicum, necessarium dicamus.

C

Quæ.

QUÆSTIO VIII.

An solâ fide Iustificemur exclusis operibus?

Pro affirmativâ classicus est locus Pauli Rom. 3.28. *λογιζόμενα πίστη δικαιοσθανάτῳ χωρὶς ἐργῶν νόμου*: Pugnat pro nobis vi-vum Latronis exemplum: quibus enim ille operibus vel de con-gruo vel de condigno justificatus est, cuius omnia opera fuerunt feelera? Quæ si maximè bona fuissent, fuissent tamen *impura, Imperfecta, debita, vita eterna improportionata, Dei dona*, hinc illud

Nil Deus in nobis præter sua dona coronat.

Vetus hîc adversariorum coccysmus est, nos bonorum operum ne-cessitatem in Justificatione negando, inducere Epicuræam securi-tatem, & quid non? At si abstinere illi vellent à calumniarum sua-rum veneno, nihil invenirent, quod culpare in nobis jure possent. Bona siquidem *opera excludimus à sphærâ Justificationis* non Ju-stificato: à causâ non personâ: non *ab actu præsentia*, sed com-municatione *efficientia*: excluduntur non si illa *naturæ* quoad pro-ximum dimetiâre, sed si *avæ ad Deum conversa vim satisfactoriam*. illis inesse arbitraberis: Admittimus *διάκρισιν*, non *διαίρεσιν*: Tè solum non est exclusivū subjecti sed prædicati: Bona opera sunt *Deo evâgesa* non *iaasina*, placent, non placant.

QUÆSTIO IX.

An Iustificatus de sua salute certus esse posse?

Veterem Pyrrhonicam & Scepticam dubitandi rationem dudum consopitam effodiunt Papistæ, quando fidei certitudinem citra omnem dubitationem noluisse Christum in nobis esse, impu-denter afferunt, quod facit Costerus in Enchir. c. de fid. p. 209. sed quid est Christo in os contradicere, si hoc non est? Anné *ἐπίσκοπος* Christus, qui frustra hic Juramento confirmet Latroni promissam vitam

vitam æternam? De nihilo sit particula applicativa TIBI, quæ
fidei & certitudinis certissimum est τεμπτίον? Alia mitto.

VERBUM IV.

Ο Γαός μα, ο Γαός μα, εισ τι με ἐγκατέλιξε

Marc.15.34. Matth.27.46.

Am deliquum Solis super naturale in Novilunio factum abripiuit solem πάση τῆ δικαιένη: Mox internam quoq; lucem Pater denegavit, juxta se videbat agonizantes Latrones, supra se cœlum obscuratum, infra se cavilla & blasphemias audiebat, intra se infernales dolores. Hinc περὶ circa horam nonam ἀναβότευ, ἀνὰ eft Epitaticum intendens significationem φωνὴ μεγάλη. Hebr. 5.7. vocatur μεγάλη ἵσχυρὰ. Psalm. 22.7. Rugitus. Quod verò Esa. 42.2. Clamasse negatur, id intelligendum de clamore vel rixoso, ita enim clamoris vox usurpatur Proverb. 7.11. vel superbo & jaētibundo confer Matth. 12.15. Fuit autem ille clamor non Militaris aut castrensis Jud. 7.19. Jos. 6.20. quo muri corruerunt: non theatricus, ut græcorum, quorum conjunctâ voce volucres in terram sunt delapsæ, si qua fides Valer. Max. l. 4. cap.8. non Jubilatorius, qualis audiebatur in μοσχολατρείᾳ Israeliticâ Exod. 32.18. sed erat clamor ejulantis & precantis. Sit hic clamor nobis I. invitatorius, ad preces, si enim Dei gratiâ pluvia illâ cœlesti Psal. 84.7. irrigari volumus, oportet prius ascendere Vapores, preces nimirum nostras, quæ in auribus sponsi sonare debent Cant. 2.14. David cytharam manu pulsabat, ut sonum ederet i. Sam. 16. vers. ult. Nos Cœlestis Davidis (Christi) Ose. 3.5. sumus cythara, quam Deus pulsat manu crucis Esa. 5.25. Joh. 19.21. ut sonum Deo gratum edamus Psal. 34.18. Neq; urgemos semper orationem oralem, quæ propter proximum instituitur, ut simili precatione incalefacat, quòd fine Paulus recitationem instituit i. Cor. 14.26. Col. 3. vers. 16. sed sordialeū etiam approbamus ob Dei παραγγελίαν. Hinc Luth. super cap. 24. Genes. ait, Deus non solum audit preces indicativas, sed & optativas. II. pœnitentialis: peccati atrocitatem spectamus ex hoc clamore, sit ille instar campanulæ, ad peccatorum agnitionem.

C 2 nem



nem & penitorem revulsionem. Non autem clamorem edidit inconditum, ut solent impatientes, sed articulatâ voce patrem suum cœlesté allocutus est, ex verbis scripturæ Ps. 22. אלֹהִים LXX. reddiderunt ὁ θεός, ὁ θεός μα: Matthæus habet ἡλί, ἡλί: Marcus Eloi, Eloi: Latinè Deus Meus, Deus Meus (cave solœcum attribuas interpreti, nominativum pro vocativo Usurpanti, simile namque habet Virg. l. 6. Aeneid. Proiice tela manu, sanguis meus) Nominat Deum El, id est, ἵσχυρον fortē Esa. 9. 6. לְמַה Matthæus vertit ἵνα τί, Marcus εἰστὶ Cur? non quærit ex Ignorantiā, sed S. scripturæ consuetudine, confer similem loquendi modum Exod. 32. 11. Job. 3. 11. Psal. 10. 1. ςαβαχθάνω (τὸ Sabachthani, quod in quibusdam exemplaribus legitur, magis est Chaldaicum) LXX. reddiderunt, προσχεῖ μοι (quod non legitur in authentico Hebræo) ἵνα τί εγκατέλιπτε με, quod non est simpliciter deserere, sed cum τὸ εἶναι sit Emphaticum, in discrimine relinquere Psal. 69. 3. & 130. 2. Ex quibus omnibus colligimus I. profundissimam exinanitionem & immensum mærorēm, Idque patet. 1. ex interrogatione, quasi dicat, fierine potest, ut tu Deus El fortis filium tuum Unigenitum retracto fortitudinis bracchio, in hoc discriminem venire permitteres? 2. Exagge ratione, clamat enim se derelictum non tantum ab externo Angelorum auxilio & solatio, confer Psal. 80. 5. Hebr. 2. 6. sed etiam interno divinitatis robore, internâ gratiâ & amore, non quod Deus infensus sit personæ, sed quatenus portabat peccata Mundi. Esa. 53. 6. quæ Christus sua fecit Psal. 40. 12. & 69. 6. ut esset ἵππος λάρητος Gal. 3. 13. abhorremus hīc à blasphemia Bellarm. qui l. 2. de Justifi. c. 7. inde sequi scribit, Christū quoq; filium Diaboli dici posse. 3. ex Ingeminatione, Eli, Eli, Unde etiam καὶ ἐξοχὴν vir dolorum vocatur Esa. 53. 3. Clamat autem Christus se à Deo desertum, atque ad eō respectu sui divinitatem ἡσυχάζειν non desertione ὑπερσατική, subtraxit quidem Deus protectionem, non tamen solvit Unionē, hinc falsum est Nestorianum glossema: noli gloriari Iudee, non Deum sed hominem crucifixisti: non καθολικῆ, subtraxit enim tantum particulare auxilium, non Universalem providentiam: non ἀπογνωσικῆ, quæ est desperationis: sed δικονομικῆ singularis dispensationis & δοκιμasiκῆ ut loquitur Damasc. abjectus est ad tempus à Deo, non rejectus. Conqueritur, non, quod planè se à Patre desertum putaret, quippe Psal. 22. dicit, tu es spes mea ab uberibus Matris meæ:

meæ: sed quod non eo modo liberetur, quo Patriarchæ, Prophetæ & alii pii sæpe è periculis miraculosè sunt exempti confer. Psal. cit. v. 5. & 6. Erat hic clamor non desperantis, sed cum desperatione conflictantis. II. Colligimus filialem amorem ac fiduciam, nominat enim suum Dominum. Unde rursus Pontificia *ἀποπία* eluditur. Sit proinde hoc verbum Christi, *ἀμυντίειον efficacissimum* contra insultus diabolicos, ne fide in temptationibus deficiamus: non enim ille vult nostri oblivisci Esa. 49.15. Ecclesia audit civitas Dei requisita non derelicta Esa. 62. 12. propterea enim filium ad tempus dereliquit, ne nos derelinqueremur.

Q U A E S T I O . I.

An in Christum cadere potuerit Timor?

Christum non in suâ personâ sed in personâ Ecclesiæ suæ exclamasse conatur demonstrare Pelarg. in Medit. p. 28. ex Athanas. Orat. 1. & 2. contra Arrianos & aliis, applaudentibus è Papistis Osorio & Bilsono. Quorum Argumentum non postremum hoc est. Vir fortis non metuit Mortem. Christus fuit vir fortis & cor datus. E. non metuit mortem; non igitur in suâ, sed alienâ persona clamat. At respondet ad Majorem negando, siquidem juxta Arist. Vir fortis consideratur aut φυσικῶς ὡς ἀνθρωπός, atque ita nequam stoicâ αὐτολυτίᾳ occallescit, ut clamaret cum Posidonio acutissimis articulorum cruciatibus afflito, *Nihil agis, ô dolor!* neque est ἀνέῳλητός aut ἀτάραχός: vel ἐκτικῶς ὡς ἀνδρεῖος, & sic vir fortis est ἀδεῖς καὶ ἄφοβός, non male hîc accommodaveris distinctionem. Damasc. l. 3. de orth. fid. c. 23. inter timorem naturalem & non naturalem. Unde apparet majorem etiam in Philosophiâ esse falsam: quamvis & illud addere possemus, Robur atque fortitudinem Christi non debere aestimari ex Ethicâ: fuisse hunc timorem non servilis dissidentæ sed naturæ: quin & non tam Christi timorem quam dolorem hîc loci insinuari.

C 3

Quæ-

QUÆSTIO II.

*An Christus dolores infernales verè
senserit?*

Affirmativam, quæ nostra est, Bellarm. l. 4: de Christi anim. c. 8. vocat novam & inauditam Impietatem: Photiniani illam similiter arietant. Sed illos verbum hoc Christi unico iœtu confudit: clamat enim se à Deo *Derelictum*: Eleganter Hugo, linquitur anima, quæ labi permittitur: relinquitur quæ excæcatur; derelinquitur, quæ in Infernum præcipitatur. Ut enim Deus summum bonum est & summum gaudium: ita à Deo derelinqui significat esse in summo malo, summo dolore atq; adeò infernalibus cruciatibus affligi. Argumentum porrò afferimus hoc: A quibus pœnis nos Christus liberavit, easdem sustinuit Esa. 53. 4. Psal. 69. 15. At à pœnis infernalibus nos liberavit Heb. 2. 14. Ergò. Taceo δρόπες αίματος Luc. 22. 44. non ex ναχεξίᾳ ortos, cuiusmodi sudoris Arist. l. 3. de part. anim. c. 5. meminit, sed testes infernali horum dolorum. Prætereo & illud quod non mortem sed mortes subiisse dicitur Esa. 53. v. 9. Adversorum Argumentorum dilutionem reservo διασκέψει.

QUÆSTIO III.

An Christus in statu exinanitionis semper & incessanter secundum humanam naturam gloriam suam actu secundo exeruerit?

Negativa luculentissima est, ex hâc Christi querimoniâ. Quicunq; enim clamat se derelictum esse à Deo, hoc est, subtractam illi esse atq; evacuatam omnem divinam operationem & auxilium, ille eo ipso tempore non exseruit actu secundo gloriosam suam potentiam: siquidem gloriose operari & tamen operationem inhibitam fateri sunt prorsus ἀτύπατα. Atqui Christus clamat se derelictum esse à Deo &c. Ergò. Subtilior igitur quam accommodatio est comparatio Christi cum Rege corpore quidem ægro, provinciam tamen suam nihilominus gubernante, cum illa Regis Mundani gubernatio fiat per vicarios: at principatus Christi est super humeros ipsiusmet. Esa. 28. 6.

Quæstio

QUÆSTIO IV.

*An fides Iustificans definienda sit per solam
notitiam?*

Veræ & salvificæ fidei semper nostrates hæc tria requisita urgunt 1. φατισμὸν sive ἐπίγνωσιν Joh. 17. 3. 2. Pet. 2. 21. deinde συγκατάδεσιν, quo sensu vocatur ἔλεγχος τῶν μὴ βλεπομένων Heb. 11. 1. tūm πρόσδεξιμα ἢ ληφθούσια Rom. 9. 30. Gal. 3. 26. secundum primum requisitum dicimur credere Deum: secundum alterum, credere Deo: secundum tertium, credere in Deum. Ad tertium hunc fidei actum insinuandum Christus clamat πληροφορικῶν pronomine *Deus meus*: ut doceret nostram fidem explicitam esse debere & individualem. Unde exulat ficta Pontificiorum fides, vel fidei (ut ipsi vocant) informis per solam notitiam definitio. Negetur quantumvis à Bellarm. l. 1. de Justit. c. 6. fidem in duabus esse posse potentiss., nominet licet nostram fidem *chimeram*. Nam oppono Bellarminum Thomæ suo, qui part. 1. quæst. 83. art. 3. liberum arbitrium mixtam mentis & voluntatis facultatem asserit. Taceo, quod adhuc sub Judice lis sit, num potentia animæ differant realiter, quod è suis fraterculis negant Durand. in 2. sent. dist. 3. q. 4. Margarita Philosophica l. II. c 14. & nuper Mendoz. disp. 4. de an. f. 4. ē Scoto σκοτεινῷ in 2. sent. dict. 16. sed manum de tabulâ.

VERBUM V.

Διψῶ. Joh. 19. 28.

HAec tenus anima Christi infernali ardore exhausta, jam corpus etiam sanguinis effusione exsuccū, animi angustiis enervatū,

Cujus cuncta bibunt fontibus, ecce sicut.

En vitis mystica Joh. 15. 1. palo affixa amputatis foliis & pampinis (vestibus scilicet nudatus) ut salutis nostræ uvas proferret, vino caret! fons vitæ & hortorum Cant. 4. 15. fons aquæ vivæ Jer. 2. 13. nunc siti æstuat. Atque ut vellus Gedeonis primùm rore cœlesti humectatum, mox iterum exsiccatum est Jud. 6. v. 38. sic Messias rore vitæ & magnarum vitium perfusus, in arâ crucis exsiccati debuit.

debuit. Sitis autem Christi triplex est 1. σαματικὴ in nostrum
commodum suscepta , poterat enim ille hanc sitim depellere , ut
Matth. 4. 2. sed propter nos noluit: atque ut , si stomachus nimio
cibo oneretur , amara potio à Medico adhibetur, ut purgetur : Ita
quia Adam ventriculum illico cibo compleverat, Christo amara
potio porrigenda fuit. 2. διανοικὴ sive officialis, quā immensā cha-
ritate erga genus humanum tantò ardenter sitit , quantò horribi-
lius iræ divinæ flammis assatur , similiter ut aromata trita latius o-
dorem emittunt : Quid autem sitit ? salutem hominum Esa. 51. 1.
Cant. 5. 1. proverb. 9. 5. Ut enim Mare rubrum & aqua Jordanis
exsiccata est , ut transitus pateret Israëli : ita ut nobis transitus pa-
teret in cœlum, oportuit Christum exsiccari. Nos fuimus cives
Bethuliæ Judith. 7. 9. quibus fontes aquarum Infernalis Holofer-
nes obthuravit, sed torrente voluptatis nos iterum Christus potat.
Psal. 36. 9. Jus igitur ἀντιφιλοσεως est, ut reciprocā siti erga Christum
exardescamus: sitiamus I. spiritualiter, Justitiam Matth. 5. 16. De-
um vivum Psalm. 42. 6. Christum Joh. 7. 17. Hic enim est verus ille
fons Bethlehemiticus, quem typicè David desiderabat 2. Sam. 23.
vers. 15. Contra non sitiamus cisternas dissipatas Jerem. 2. 13. non
cum Crasso Aurum , cum Cyro sanguinem, ne sitiamus in Inferno
cum Epulone Luc. 16. confer Apoc. 7. 16. ne contingat nobis spi-
ritualiter, quod Sisaræ corporaliter post epotum Lac Jud. 4. v. 18.
II. Naturaliter, ut propter Christi gloriam nullam sitim detrecte-
mus Rom. 8. 17. ne Lapitharum more vina intemperanti ingluvie
decoquamus, confer Amos 6. 6. ne vinum sorbentes ab ipso absor-
beamur. Ergò ut Polemon referente Laert. l. 4. posuit

— insignia morbi

fasciolas, cubital, focalia —

Cum fuit impransi correptus voce Magistri.

Ita Oratio hæc Christi de siti , carnarium deliciarum pariat
nauseam. III. Sitis est μυσικὴ in membris suis Matth. 25. 35. quam
restinguamus Matth. 10. 42. rivos nostros foras derivando, proverb.
5. 15. Atque ut Eleazar in hoc cognovit, Rebeccam futuram sui Do-
mini Isaaci conjugem, quia Servo & Camelis libenter potum præ-
buit Gen. 24. 14. Ita vera Christi sponsa etiam illa judicabitur, quæ
Servis Christi benefacit.

Quæstio

QUÆSTIO.

An Christus verus & naturalis fue-
rit homo?

Adamantinum Argumentum pro Christi humanitate petimus ex hoc verbo Christi. Quicunque enim (ratione constans) sitit, ille est verus & naturalis homo, quia ἐνέργεια φανέρωσις είτε φύσης. Atqui Christus hīc sitivit. Ergo. Latere jam patior alia Theologorum Argumenta, assumpto solum eo, quod ex visceribus textus eruitur. Atque hinc nascitur illa prædicatio personalis, *Deus est homo*. Comprimat hīc labellum Logica, nec ausit hoc οὐσιογνώμενος μήτε μυστικόν rationis decempedā dimetiri: Neque enim illa prædicatio tropica est, cum tropus nullibi significari possit: neque Univoca, quia in tali non locum habet αὐτισμόν: multò minus paronymica, ut absurdissimè Goclenius statuit, quando λόγον facit subjectum humanitatis: sustentatio enim λόγον quā sustentat carnem non est 1. tantū *καθολικὴ*, quā φέρει τὰ πάντα τῷ ρήματι τῆς δυνάμεως ἀντεῖ Hebr. 1. 2. non est 2. προσθετικὴ quā adjunctum accidentale à subjecto sustentatur, alioquin tolleretur περιχώρησις, quae est ὅλων πρὸς ὅλα πάντελην ἐνώσις ἀπογῆς, & induceretur Nestoriana παρέστασις: sed 3. est ὑποστατικὴ & propterea μονότροπη καὶ ἔξαρτη. Rejicimus Valentinianam & Marcioniticam hæresin, quarum illa humanam naturam cœlo delapsam, hæc phantastico delirio, ex humanâ Christi naturâ nil nisi Phantasma confinxit. Respuimus Eu-thychianam absorptionem, nam

Sum quod eram: nec eram, quod sum: nunc dico utrumq;. Quin & Calvinianam repudiamus sententiam, quando ob concessas proprietates naturales ὑπερύφωσιν carnis & νοινωνίαν ιδιομάτων perniegant. In omnibus equidem nobis factus est similis primò essentialibus συστημοῖς animâ & corpore, quandoquidem τοῖς ἀτρόστηματον ἀθεράπευτον & ἐπομένοις proprietatibus: In accidentalibus τελειωτικοῖς quorsum referto qualitates & dona habitualia, φθαρτικοῖς infirmitatibus (excepto peccato) illis scilicet quæ Heb. 2. 17. recensentur, sed δέξαι ipsum oportuit πρωτεύεσθαι Col. 1. 13. Ut proinde caro recte dicatur vivifica Joh. 6. non ἡσία sed ἔγειρα, siquidem illi data est πᾶσα ἔγειρα: non φύση sed χάρις Phil. 2. 9.

D

VER.

VERBUM VI.

Tetēlesou. Joh. 19.30.

Simulac Deus Architectus illustre hoc mundi opificium post ἐξαήμερον absolvit, *Consummatum est* dixit Gen. 2. 1. Sic & in opere sanctificationis δτ' ἀνέλθη τὸ τέλειον I. Cor. 13. vers. 9. ingeminabitur τὸ *Consummatum est*. Hac felici & beatâ Epigraphe & ἐπιγραφâ finitæ λειτουργίæ opus redemtionis Christus quoq; clausit, quo pertinet illa προσφώνησις Esa. 5. 4. Quid est, quod debui ultra facere viueæ meæ & non feci? In authentico textu est τετέλεσαι. Τελεῖν φόρος significat tributa solvere Rom. 13. 6. Rom. 10. 4. Quod enim λύτρον pro nostris peccatis nobis non erat solvendo, id oportuit à Christo τελεῖσθαι. *Consummarit* igitur Christus omnia I. *quoad Deum* propter illius Mandati & decreti in Augustissimo SS. Triados consistorio de redemtione generis humani concepti, executionē, Unde merito nostræ redemptionis α&ω, vocatur Apoc. 1. v. 8. II. *quoad se, consummavit* suam exinanitionem, obedientiam tām activam quam passivam contra Herbornensem Calvinistam, passionem, Ministeriū & temporalem vitam. III. *Quoad homines, consummata est* pro ipsorum peccatis ἀπολύτρωσις, non facta salutum ἀπολύτρωσις. IV. *Consummatum est cælum*, jam enim sedes Angelorum in Infernum deturbatorum, hominibus Christi efficaciā redemptis resarta est & compensata. V. *Consummata est Tyrannis* Impiorum & Diaboli confer Act. 13. 29. VI. *Consummatus est scriptura thesaurus* I. *vaticinia*, etsi enim adhuc supererant vaticinia de morte, Resurrectione &c. illa tamen frequenti scripturæ synecdoche sunt inclusivè intelligenda 2. *typi & sacrificia* Col. 2. 17. Heb. c. 10. 1. Jer 3. 16. Et tandem promeruit, ut propter ipsius consummationem in ultimo mortis agone cum Paulo 2. Cor. 4. 7. clamare possumus, τὸν δρόμον τετέληκα.

QUÆSTIO I.

*An Iesus ille crucifixus verus fuerit
Messias?*

Robur contra cœcam Judæorum pertinaciam firmissimum
ex hoc Christi Epiphonemate eruimus tale:

In

In quo omnia vaticinia Messiam prædicentia, sunt ex aſſe
completa & consummata, ille γνωσίως verus est Messias. ἐνδηλον! At
in Jesu Nazareno cruci affixo omnia vaticinia ad amūſim sunt
completa. ὅπερέδει δεῖξαι. Ergo.

Liquidum
Conspicuum.

Contra Iudaicas scripturæ detorsiones notari volumus ſequentes regulas. 1. Vaticinia de Christi adventu Majestatico non esse opponenda vaticiniis de adventu humili. 2. Prophetas describere Mefſiæ beneficia ſpiritualia rebus Mundanis & corporalibus. 3. Multa vaticinia intelligenda de hâc vitâ inchoativè, de alterâ completivè. Quibus apprimè observatis φλυαρολογίμασι Judaicis facile obviam ibitur.

Q U A E S T I O . II.

An sacrificium Missaticum Pontificium fit
approbandum?

Inter alia errorum tesqua palmarium est apud Papisequas ſacrificium Missaticum: Quid autem de eo statuendum fit, ad veritatis ſi examinetur ſtateram, hoc unico dicto Christi εἰμι εἶχε eluceſcit. Nam ſi incruentum hoc ſacrificium perennandum & ſubinde reiterandum eſt, falſum erit hoc Christi τετέλεσαι. ~~ἀρχή~~ conſequentia! ſiquidem & typos & opus redēmptionis unicā oblatione consummavit Hebr. 9. 12. & 10. 11. ſed oggerit Bellarm. acquifitionem meriti ſemel eſſe peractam, applicationem verò quoad nos ſemper eſſe repetendam. Contra, Omne ſacrificium offertur Deo, (quod ſuā luce radiat) Sacrificium hoc Bellarminianum non offeretur Deo, ſed homini. Ergo ſacrificium Bellarminianum non eſt ſacrificium. Te in carcerem compactum & virgis, ſub furcâ cæſum? deinde iſta applicatio fit vel per realem in ſubjecto mutationem, vel per imputationem: non illud аſſumere potest Jesuita, cum Missifex hominē cui applicare debet, neq; corporali neq; virtuali contactu tangat, non hoc, niſi ὑπ' ἀληθείας ἀναγνωσθεὶς nobiscum Justitiam

Imputativam defenſitare velit, quam alioquin
mordicus oppugnat.

D 2 V E R.

VERBUM VII.

Πάτερ, εἰς χεῖράς σου παραδίσομαι τὸ πνεύμα μου.

Luc. 23. 46.

I Llam Indolem *bombycis* esse videmus, ut, cum ex corporis sui visceribus & tenellis fibris sericum nevit, & opus præstitutum absolvit, illicò vitâ defungatur: similiter Christus, postquam sanguine pro nobis è suis venis arteriisq; essuso opus *iλασικόν* perfecit, vitæ desertionem desiderat. Proinde postquam τὸ τετέλεσαι clamavit, voce elevatâ Patri suo Spiritum commendat, clamat scilicet tanquam *Leo rugiens* de tribu Judâ prædam tartaro erupturus, ut obseruat Athanas. & quidem verbis ex Psal. 31. 6. depromptis. Ut, qui cum scripturâ passus est 1. Cor. 15. 1. cum scripturâ vitam quoque finiret. I. *Pater* ait, ut se obedientem usq; ad mortem crucis fuisse demonstraret Phil. 2. 8. II. *In manus tuas: ἀδρεπωποδῶς* loquitur scriptura (absit Anthropomorphitarum & Audæanorum hæresis) sed ~~δεοπεπτῶς~~ intellige de Dei providentiâ Job. 2. 10. Psal. 95. 4. Potentiâ Ex. 3. 18. Num. 11. 23. benignitate Ps. 37. 24. Ps. 104. 28. Tutelâ ac protectione Deut. 33. 3. III. *Commendo*, in græco est παραδίσουμαι: quod est eo modo commendare, quò commendatur depositum servandum & certo tempore reddendum, ita enim usurpatur Luc. 12. 48. Hinc cum Paulus 1. Tim. 1. 18. dixisset ταῦτη τὴν παραγγελίαν παρατίθεμαί σοι id explicat 2. Tim. 1. 14. per παρακαλαδίκην s. depositum. IV. *Spiritum meum*, ubi nequaquam intelligit vel Sp. S. qui est εκ δε 1. Cor. 2. 12. vel divinam suam naturam Rom. 1. v. 4. 1. Cor. 15. 45. 1. Tim. 3. 16. 1. Pet. 3. 18. siquidem secundum divinam naturam cum Patre unus est Joh. 10. 30. unde non opus habet commendatione in manus Patris: non tertiam partem à corpore & animâ distinctam, quam moderni Paracelsistæ & Wigeliani somniant: sed animam suam rationalem, quæ cum Spiritu habet isotropiâ, ut constat ex Eccles. 12. 7. Act. 7. 59. 1. Cor. 2. II. Vocatur auté anima Spiritus 1. παθητικῶς, quia ἀδέρατη, αὐλαχθεῖται 2. ἐνεργητικῶς, quia ultima ejus in vivente actio est respiratio: Unde Lucas utitur vocabulo ἔξεπνευσε. Novissimum hoc verbum Christi i propinat nobis nectar plenum ἀδανασίας, quia Christus utpote summus Pontifex hâc suæ animæ commendatione, nostras quoq; animas

in

in fasciculum quasi collectas 1. Sam. 25. 29. Patri suo cœlesti commendavit, cuius beneficio etiam τὸ παράδεισον de nostris animabus dicitur 1. Pet. 4. 19. 2. Certum est resurrectionis indicium, Christus enim suam animam commendavit, ut nobile depositum suo tempore reddendum. 3. Canon est in arte moriendi, ut cum Dionysio oremus: Domine, fac, ut ultimum tuum verbum in cruce, sit ultimum meum verbum in hac luce.

QUÆSTIO I.

An Christus liberè fuerit mortuus?

Quamvis Christum oportuerit Mori ob decreti jam facti infallibilem necessitatem, quæ est necessitas extrinseca: intra se tamen non habuit causam, quæ ad mortem ipsum obligasset: neque enim naturali necessitate vitâ defunctus est, cum mortalitatis in homine causa non nisi inhârens peccatum sit. Unde mors vocatur stipe-
nendum peccati Rom. 6. Illud autem non tam aliunde petitis Ar-
gumentis, quam ex hoc dicto Christi probamus.

Q. Jam omnino enervatus, voce magnâ clamat, animam suam παραίδει, ἀφῆκε τὸ πνεῦμα, παρέδωκε τὸ πνεῦμα, prius inclinat, quam expiret: in illo est αὐτεξσιότης moriendi. Membrum 1. luctulentum est, qui enim in summâ labiorum & linguae debilitatione, & corporis virium exanthlatione tantum ad huc roboris habet, ut clamare θαυματύργικῶς possit, quomodo non etiam se à morte vindicare posset? 2. A nobis anima dicitur repeti Luc. 12. 20. sed Christus παραίδει depositus propriâ authoritate & virtute ζωποιτικῆ repetitur confer Joh. 10. 18. 3. ἀφῆκε id est, emisit. Quod autem emititur voluntarium est: quod amittitur necessarium est. Amb. in Luc. 4. παρέδωκε, non expectavit, dum ab alio abripiatur, sed ἐκστίος Patri tradidit. 5. Qui alioquin in cruce moritur, primùm expirat, deinde emissio Spiritu, cuius officium est cervicem sustentare, caput suopte pondere declinatur: sed Miraculosum est, & non nisi divinæ libertatis τεκμήριον prius declinare caput, quam expirare.

Atqui Christus jam omnino enervatus φωνῇ μεγάλῃ Matth. c. 27. 50. Animam παραίδει Luc. 23. 46. ἀφῆκε τὸ πνεῦμα Matth. 1. cit. παρέδωκε τὸ πνεῦμα Joh. 19. v. 30. & ibidem, prius inclinato

capite (quo insinuabat mortis præsentis libertatem, peccati pre-
mentis gravitatem, osculi valedictorii propensitatem) obiit. Ergo.

QUÆSTIO II.

*An per hanc Spiritus Christi emissionem erupta
fuerit unio personalis?*

Nihil minus; Quia enim Christus sacerdos est *eis τὸς ἱερέας*, *τοῖς θεοῖς*, *τοῖς αγαγέταις*, *τοῖς οἰκισταῖς*, *τοῖς ιατροῖς*, *τοῖς φίλοις*, *τοῖς θεωταῖς*. *Lægitimur* equidem fa-
ctam esse solutionem naturalem animæ à corpore: personalem ta-
mamen disjunctionem naturarum ἀποτόμως inficiamus. An autem
intra illud triduum mortis Christus verè manserit homo, quæstio-
nem arbitramur esse potius spinosam & solo Scholastico otio di-
gnam, quam utilem & ædificationi Ecclesiæ proficuam. Atque ita
ultimam manum Imponimus nostræ de 7. verbis
Christi considerationi.

Δόξα Θεῷ παντοκράτορι.

CORONIDIS LOCO AD COMPLEMENTUM
pagellæ libuit occasione II. Medit. D.D. Gerhard. hanc
meditationem de paßione metricam
subjungere.

A Spice pendentis, cruciantis, & expirantis
Angorem, & roseo tempora picta rubo
O Anima! Ecce hominem! ecce caput! quod supplice flexu
Poplite Lunato grex colit Angelicus:
Tansancti Capitis frontem quota spina coronat?
O flendum facinus! vel sipylo aut silice!
Quem rosa, quem Marmor, quem lac, quem purpura pinxit
Hunc maculat spurci, nausea fœda, sputi.
Illiisque oculi tersa sub fronte bigemmes,
Præ quibus & solis nubila lampas erat,
Offusi quasi noctis hebent caligine, inepit
Intuitu propriâ luce videre diem.
Assuetæ Angelicis Impleri cantibus aures
Dente Lycambæo has Nesapa turba ferit:
Ore illo mixtum cum felle pitifat acetum,
Prodigus effudit, quo sacra iussa Patris.

Parag. 7

Parq; pedum clavis effossum affigitur illud,
Ante quod oramus supplice procubitu:
Atq; manus illas niveas trabs parca coeret,
Quas pars in Caelo claudere nulla potest.
Sensilis illa Dei presentis Mystica sedes,
COR PVS, virgo parens cui Galileis erat:
Hoc hominum pestes & cornea corda, latrantis
Scylla progenies, Sauromata atq; Geta
Quos mare conceptos spumantibus expuit undis:
Flagris implerunt, verberibusq; feris:
Nil sine tabe fuit, sed aratus vibice vulnus,
Frons spinis, tergum vulnere, fune manus:
Excipio linguam, quā parcere saetus & ipso
Hostili mitis pro grege vota dedit.
Qui regit errantis moderamine Mænia Mundi
Cum Patre, ab Insanis traditur ille cruci.
Hem! Deus, ille Deus, quem sede decemplice cælum.
Non capit, hunc ipsum ventilat ara crucis.
Ipse Deus patitur? res multis ebria rugis!
Ipse Deus? Quin & mors ferit atra Deum?
Tanta Molis erat primam sarcire ruinam,
Tantave nostrorum fascis erat scelerum?
Pro defranato nisu, preq; Impete sævo,
Excellens adeò debuit efflùt pov?
Vulnera vulneribus sanari Mortua vivis?
Defungi Medicum, sanus ut ager eat?
Ecce anima! hac flagrans peracescit parte Iehovæ,
Horribiles Sultus & rigida ora gerens.
Illà pro nobis Patrem Salvator adorat:
Iram evelle Pater, clamat, & abde tuam.
Savit adhuc, nec adhuc dum sistitur Ira Parentis:
Pro miseri solus, Christe, Patronus ades.
Savit adhuc, justiq; furit Patris Ira, tenaci
Irarum penitus consolidata fibra:
Filius Induviis humana carnis amictus,
Sacra instauravit ruderâ lapsa via.
Est caro juncta Deo, caro divo digna precatus,
Et Majestati consociata Dei,
Hanc ut texturam tam spurci corticis, illâ
Iunctura societ, corda lavetq; sibi:
Ut caro juncta Deo medica Virtute piaret,
Quicquid in humana carne doloris erat.
Savit adhuc, nec adhuc Patris furor omnis abibat,
Collutulat nostrâ se Deus ipse lue.
Fædbraco à populo scelerata fune ligatur:
Fune? & fuste genæ ceditur illa rosa.
Eq; liquant aqueas alij perluminagemmas,
Illi oculos pinxit sanguine spina sisos.

Invidit



Invidit Phœbus crudeli spicula terra,
Ut privabatur in cruce luce Deus.
Heu; lucis Dominus cæcā incultatur arenâ,
Insutus lutei cortice folliculi.
Ut ros è cælo, crux huic è corpore fluxit,
Sic tener ille & sic plurimus ille fuit.
Semi- animis pendet curarum mole, sed istis
Anguis Tanaria dursor itus erat.
Cominus ille ignem Lethæaq; terminasensit,
Sperata orcinus victimæ grata rogo.
Adversos animos declinatosq; Parentis
Sentisit vultus Forma Coæva Dei:
Liliolum stillat cerebro è fluitante cruxrem,
In lacrymaq; natant lumina bina rubra.
Robore cassus erat multo & languore pefesus,
Dulcia ab Angelicâ robora voce capit.
Heu vita emoritur! nostrâ res absonta in aure,
Ut servi vivant vita Deusq; perit.
Tullos lethatos Pelicanus sanguine ferat
Mortes tuâ: sic nos tu quoque Christe tuâ.
Sed quis Christus erat? sine labe & sordibus Agnus
Vellere candidior candidiorque nive:
Siccine mactatur sine labe & sordibus Agnus,
Intereat spurcus qualiter ergo Caper?
Sic obiit soboles aliena ob crimina culpa?
Ob propriam ferens qualiter ergo cadet?
O dolor in reprobis dolor expectandus acerbus,
Sic ubi tanta ferat quem Deus unicè amat.
Christus in hunc mundum purus sine crimine venit,
Qui sine labe fuit, non sine Morte fuit.
O quam pœna homini gravis instat & imminet illi,
Qui fit peccato, vivit, obitque, suo.

F I N I S.

- Elenchus tractationum hoc volumen: comprehensorum.
1. BECCERI analysis Psalmi secundi.
 2. GESNERI contra primatum Romanii Pontificis.
 3. STUTTEREI Theorematum tria ex Tobann: 1. 29.
 4. FÖRSTERI medulla capit: 53. Epai:
 5. Ejusd: Dissertationes V. in c. 53. Epai.
 6. WINCKELM: Disp: ex Tobann: III. 16.
 7. Ejusd: Disp: ex Ferem: 23. 3. 4. 5. 6. 7. 8.
 8. MAJORIS ^{πεπονησίων} oraculi Apostolici 1. Tobann: 1. 7.
 9. THUMRII ^{εγγίθεων} dicti Paulini Colos: 2. 9.
 10. FÖRSTEREII Disp: de 7 Verbis Christi nosissimis. Autov. Danckwerth.
 11. SCHMIDT ^{εγγίθεων} dicti Evangelia Lc: XI. 24.
 12. Ejusd: de peccatori Confess: poenitentiali ex Epob: 24. 13.
 13. BERGII de loco Proph: II X. 22 - 31.
 14. HÖTTNERI de primigenia hominis conditione, ex Gen: 1. 26. 27.
 15. WILHELM: LYSERI Sicut episcopis oraculi Ithor: 1. 29.
 16. Ejusd: Explicatio Ps. 19. 1. 2. 3.
 17. Quisid: de Anti-Christo ex 2. Thessal: 2.
 18. BULATI ^{εγγίθεων} dicti Hof: XIII. 9.
 19. HÜLSSEMANI merita ad dictum Rom: IV. 25.
 20. LANGII protoevangelium, Genes: 3. 15.
 21. Ejusd: Jesus typicalis in sacrificiis veteris aetatis.
 22. MARTINI assertio theologic: decurie ad locum Ferem: XXXI. 31 - 34.
 23. HENRICI mysteriorum economiae ex dicto ad Colos: 2. 9.
 24. CUNDISII exercitati: theol: ex Epai: 49. 22. 23.
 25. Ziegria expeditio Psalmi 111.
 26. LANGE septem verba Christi.
 27. KUKADEI Disp: ex 1. Tim: 3. 16.
 28. Ejusd: de Confessione dominis ab infidelitate ad fidem.
 29. GERHARDI Cyrus.
 30. OLEARII lamen gentilium Luc. II. Decretalium.
 31. 32. Gramma ex Gen: 49. 11. 12. Aliud ex Apocal: 1. 4.
 33. LILLI Philologia in Ep: 1. 4.
 34. BOSSI Evanagelium anathematice defensio, Galat: 1. 6. 7. 8. 9.
 35. ALBERTI magnificatio divina, Joel: 2. 28. 29.
 36. NIEMANNI de Christi deuelisti querela, Matth: 27. 46.
 37. THICONIS Disp: ex 1. Corinti: 2. 14. 15.
 38. MEYCKE XII Exercit: Theolog: ad Rom: II X. 31. 32.

Vng VI 18

VD 17

Z



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-618366-p0036-3

DFG

Farbkarte #13

B.I.G.

Black

White

Magenta

Red

Yellow


Green

Cyan

Blue

Centimetres

Inches



THEOLOGICA

IVER-
SIMIS IN

AC SERVA-
RI JESU

TI:

DNI PETRIO GREGORII
ERANCISQD RUE
XII. 17. III. 17.

DE

do, Excellētissimo
ue

ERÖREYSE-

CTORE, PROFES-

ET ECCLESIASTE

Fautore suo singu-
lariendo,

N SUM IBIT IN
ense Aprili.

DANNHAWER

r. Autor.

RATI,

IS LEDERTZ,

XXV.

i)

10.